

002 002  
PVBLII TERENTII

CARTHAGINIENSIS AFRI

H E C Y R A.

EX

RECENSIONE LINDENBROGH.

ACCREDIT

LECTIONIS VARIETAS

EDITIONVM ALIQVOT PRIORVM,

CVM VARIORVM

NOTIS ATQVE ANIMADVERSIONIBVS.

ACCVRANTE

M. IO. GEORG. LENZ,

HENNEBERGENS.

---

I E N A E

SUMTIBVS IO. CHRISTOPH. STRAVSSII.

---

CIDIOCCCLXXXI.

L210

PVBLII TERENTII  
CARTHAGINIENSIS AFRI  
HECYRA.

**A**CTA LVDIS MEGALENS. SEX. IVLIO  
CAESARE. CN. CORNELIO DOLABELLA AE-  
DIL. CVRVLIB. NON EST PERACTA. MO-  
DOS FECIT FLACCVS CLAVDI, TIBIIS PA-  
RIBVS. TOTA GRAECA APOLLODORV EST.  
ACTA PRIMO SINE PROLOGO, DATA SE-  
CVNDO, CN. OCTAVIO, T. MANLIO COSS.

A 3 RELA-

Leſt. Variet.

*Acta ludis romanis. Sexto Iul. Caesare. Cn. Corn. Dolabella aed. cur, non est peracta. modos fecit Flaccus Claudii tibiis parib. Cn. Octauio, T. Manlio coss. relata est iterum ludis funebr. relata est tertio, Q. Fuliuo, L. Marcio aed. cur. ita Muretus legit.*

*Acta ludis romanis. L. Postumio Albino. L. Cornelio Merula aedilibius currulibus. egere Ambiuus Turpio. L. Attilius Praenestinus. Modulanit Flaccus Claudii tibiis imparibus. tota graeca Apollodori epidicaxomenos. Facta IIII. C. Fan- nio. M. Valerio consu. Sic AR.*



RELATA EST LVCIO AEMILIO PAVLO LV-  
DIS FVNEBribus. NON EST PLACITA.  
TERtIO RELATA, Q. EVLVIO, L. MARCIO  
AEDIL. CVRVLIB. EGIT L. AMBIVIUS TVR-  
PIO. PLACVIT.

Le<sup>t</sup>t. Variet.

Tota graeca Menandru facta est. — data secundo  
Cn. Octauio T. Manlio Coss. relata est L. Aemilio  
Paulo ludis funeralibus cetr. h.m. R.B.

*Acta ludis romanis S. Iul. Caesare Cn. Cornelio  
aedil. currilib. non est peracta tota. Modos fe-  
cit Flaccus Claudii tibiis parilibus Cn. Octauio T.  
Manilio consulibus. Relata est iterum ludis fune-  
ribus. relata est tertio Q. F. L. Mar. aedilibus cur-  
ru. M.*

EABV-

 7

## FABVLAE INTERLOCVTORES.

BACCHIS *meretrix.*

LACHES *senex.*

MYRRHINA *mulier.*

PAMPHILVS *adoleſcens.*

PARMENO *ſeruus.*

PHIDIPPVS *ſenex.*

PHILOTIS *meretrix.*

PHILVMENA *meretrix.*

SOSIA *ſeruus.*

SOSTRATA *mulier.*

SYRA *anus.*

---



## PROLOGVS.

**H**ECYRA est huic nomen fabulae: haec  
cum data est  
Noua, nouum interuenit vitium et cala-  
mitas,  
Vt neque spectari, neque cognosci potue-  
rit:  
Ita populus studio stupidus in funambulo  
5 Animum occuparat. nunc haec plane est  
pro noua:  
Et is qui scripsit hanc, ob eam rem noluit  
Iterum

Leſt. Variet.

1. nomen *fabulai* Gy. sic scribendum et pronun-  
tiandum putat, vt versus constet. cum data est.  
ita B. omissio τω haec. 2. ei nouum. RB. 4. το  
studio deest in IS. 6. rem voluit. D. M. AR.

1. Εὐγέζ, socrus, εὐν- es nicht spielen, vnd also  
ρος socrer. Hecyra inscri- auch nicht von seinen Schoen-  
bitur haec fabula, quia per- heiten vrtheilen konnte, 4.  
soceros et socrus in ea agun- Stupidus in funambulo, die  
tur multa, nam εὐγέζ fo- Seiltaeuzer zogen damals die  
crum denotat DO. Data ganze Aufmerksamkeit des  
est. i. e. edita. 2. vitium Volks auf sich. quam rem  
et calamitas. il arriua vn non solum admirabilem,  
accident et vn malheur. verum etiam stupendam  
Daçier. kam ein unvermu- olim fuisse h.l. Terentius  
tbeter Zufall vnd ein Vn- satis indicat. hinc pro-  
glück darzwischen, daß man verb. ire per extentum fu-  
nem

Iterum referre, ut iterum possit vendere.  
Alias cognostis eius, quaeso hanc noscите.

## Last. Variet.

7. posset vendere. ita lege cum RB. et II. 8. cognovistis. unus CB. Argent. male agnouisti. haec cognoscite. M. AR. hanc nunc noscите. IW. B.

nem, h. e. rem factu per ne fabulae liquet: primum quam difficilem praestare. actam fuisse sine prologo. 7. iterum referre, i. e. vnde neque hunc proloiterum agere, denuo agere gum qui secundae editiones in scena. Ut iterum possit nisi est, Poëtae nostri esse, vendere. hoc pudoris fuerit rationi consentaneum. Terentiani esse non vide neum. Gy. tur: et certe ex inscriptio-



## ALTER PROLOGVS.

**O**RATOR ad vos venio ornatu prologi:  
Sinite exorator vt sim, eodem vt iure vti  
senem

Liceat, quo iure sum usus adolescentior.

Nouas qui exactas feci vt inueterascerent,

5 Ne cum poëta scriptura euanesceret:

In his, quas primum Caecili didici nouas,  
Partim sum earum exactus, partim vix  
steti.

Quia sciebam dubiam fortunam esse sceni-  
cam,

Spe

Leit. Variet.

1. Cum ornatu prologi. Codd. Boel. 2. Exora-

tor sim. 3. vt negligunt M. B. AR. IW. 3. Codd.

Bent. sum usus. 4. veterascerent. unus CB. AR.

6. Quos Coecilii primum. ord. inu. duo CB.

8. Scaenicam ita antiqu. libr. per ae, vt et in vetustis  
marmoribus, eoque modo etiam Varro scriben-  
dum asserit.

4. Exactas i. e. explo- Vergeffenheit gerathen sind.  
fas, exhibilatas, reiectas. In- 5. Euanesceret i. e. ne scri-  
veterascerent i. e. vt de- pta simul cum Poëta inter-  
nuo spestantur. Ich ha- rirent. 6. Caecili didici  
be oft theatralische Stücke, nouas. Sedigitus in libro  
die man verworfen batte, de Poëtis, tanti hunc Cae-  
mit gutem Erfolg wieder ciliuni fecit, vt eum pri-  
auf die Bühne gebracht, und tum eorum aestimet, qui  
ich habe erhalten, daß die comoedias fecerunt. 7.  
Schriften nicht mit ihren vix steti i. e. vix placui spe-  
Verfassern zugleich in die Etatoribus. In prologo  
Phor-

Spe incerta certum mihi laborem sustuli:  
10 Easdem agere coepi, vt ab eodem alias  
discerem

Nouas, studiose; ne illum ab studio ab-  
ducerem.

Perfeci ut spectarentur: vbi sunt cognitae,  
Placitae sunt: ita poëtam restitui in lo-  
cum,

Prope iam remotum iniuria aduersarium  
15 Ab studio, atque ab labore, atque arte  
musica.

Quod si scripturam spreuissem in pree-  
sentia,

Et in deterrendo voluissem operam su-  
mere,

Vt in otio esset potius, quam in negotio:  
Deterruisse facile, ne alias scriberet.

20

Leſt. Variet.

11. *Abducerent*, Gy. i. e. ne spectatores illi fasti-  
diosi illo suo moroso et injusto fastidio illum ab  
studio abducerent. 14. *aduersariorum*, duo CB.  
M. 15. *ab arte musica*, CB. NB. omnes MSSC.  
R. B. *atque arte ab musica RB. a labore AR.*  
17. *Id deterrendo*, omnes CB. 19. *describeret*,  
duo CB.

Phormionis. *cum stetit olim ria cetr.* 19. *Quod si scri-*  
*noua Cic. libr. I Epist. 4. pturam i. e. Caecilii fabu-*  
*cum pulcherrime staremus. las exactas. In pree-*  
*Virg 10. Aen. baud illi i. e. in editionis primæ*  
*stabunt Aeneia paruo hospi- tempore, tum, quum ede-*  
*ban-*



20 Nunc quid petam, mea caussa aequo animo attendite.

Hecyram ad vos refero, quam mihi per silentium

Numqnam agere licitum est, ita eam oppressit calamitas:

Eam calamitatem vostra intelligentia

Sedabit, si erit adiutrix nostrae industriae.

25 Quum primum eam agere coepi, pugilum gloria,

Funambuli eodem accessit expectatio,

Comitum conuentus, strepitus, clamor mulierum

Fecere, vt ante tempus exirem foras.

Vetere in noua coepi vti consuetudine,

30 In experiendo vt essem: refero denuo.

Primo actu placebo: quum interea rumor venit

Da-

Left. Variet.

20. pro attendite legit C. A. aduertere. 23. intellegentia RB. 25. has agere coepi. sic D. Gy. omittit 20 has. Pugilum gratia Gy. DO. 26. spectatio libr vetust. Funambuli eodem accessit exspectatato, illud accessit, orationis seriem interrumpit et conturbat: repone, pugilum gloria, funambuli eodem, accedens expectatio ctr. RB. 27. duo CB. legunt studium. pro strepitus vt et II. 30. in experiencingo B. 31. cum interea DC.

bantur et exigebantur a populo. Gy. 27. Comitum retque Poëtam: Quod nunc conuentus. quadrant huc mero plures, virtute et honestate Horat. 2. Epist. Saepe nore minores, Indocti, floridi-

Datum iri gladiatores, populus conuolat:  
 Tumultuantur, clamant, pugnant de loco.  
 Ego interea meum non potui tutari locum.  
 35 Nunc turba nulla est: otium et silentium  
 est,

Agendi tempus mihi datum est: vobis  
 datur

Potestas condecorandi ludos scenicos.

Nolite finere per vos artem musicam

Recidere ad paucos: facite ut vostra autho-  
 ritas

40 Meae autoritati fautrix, adiutrixque fit:

Si

Left. Variet.

34. non potui tutari locum. *to meum*, quod glossema  
 superfluum erat, Gy. deleuit. 35. nunc turba non est.  
 Gy. liber Bembinus et Donatus 40. Meae au-  
 thoritati. *to auctoritati* hic locum habere, quis pu-  
 tet? quum auctoris in theatro nulla sit auctoritas,  
 sed facultas tantum supplicandi et obsequendi,  
 ut ex omnibus prologis colligitur, quin scribo:  
*Facite ut vestra auctoritas, meae auctoritati fautrix  
 adiutrixque fit.* nam auctoritati i. e. nostrae astio-  
 ni. Vox auctoritas ab auctor nouata est, quae non  
 fine

*lidique et depugnare parati.* toria quoque tamquam lu-  
 Si discordet eques, media in- di quidam erant, in qui-  
 ter carmina poscunt. Aut bus gladiatores ferro et gla-  
 vrum aut pugiles: his nam dio se mutuis vulneribus  
 plebecula gaudet. 32. da- et istibus praestabant, tan-  
 zum iri gladiatores. Inter quam de vita decertantes.  
 reliqua munera, quae fue- 34. Tutari. motus est  
 runt varia Romae, gladia- enim loco. vitam suam tu-  
 tan;

Si numquam auare pretium statui arti  
meae,  
Et eum esse quaestum in animum induxi  
maximum  
Quam maxime seruire vostris commodis:  
Sinite impetrare me, qui in tutelam meam  
45 Studium suum, et se in vostram commisit  
fidem:  
Ne eum circumuentum inique inqui ir-  
rideant.  
Mea caussa caussam accipite, et date filen-  
tium,

Vt

### Lect. Variet.

sine gratia τω authoritas subiungitur: quamuis  
sciam, Plautum magis quam Terentium hoc vo-  
cabulum decere. Gy. 41. Si nunquam autem pre-  
mium. M. Si nunquam auare stauri arti meae. D.  
42. induxi meum, duo CB. 41. starni premium  
ord. inu. IS. II. 47. Mea caussa hanc causam. DC.  
DO. AR NB. IS. II. Pronomen hanc, non habet li-  
ber Bembinus, et ratio versus omnino respuit.  
subaudiendum tamen aliquid erit, vt sit, causam  
eius, vel causam Poëtae. GF.

*zandam dare, Phor. 3 1. 2. ntelam studium suum et se in-  
mei patris bene parta indili- uestram commisit fidem, ini-  
genter tutantur. Phor. 5. 3. que iniqui circumuentum ir-  
6. Hec. 5. 1 9. BA. 44. Sini- rideant. 47. Vertheidigen  
zo. ordo constr. Sinite impe- sie ibn, um meinerwillen,  
irare me a vobis ne eum qui in vnd hoeren sie vns mit Auf-  
merk-*

Vt libeat scribere aliis, mihi que vt di-  
scere  
Nouas expediat posthac, pretio emptas  
meo.

## ACTVS

## Lect. Variat.

48. vt libeat scribere alias RE. Donat. et al.  
*aliis.*

merksamkeit, damit auch an-cke vorzustellen, die auf  
dere angespornt werden, zu mein Anrathen, vnd also  
schreiben, vnd ich Gelegen- auch auf meine Kosten, ge-  
heit habe ihnen meine Stü- kaufst werden.



## ACTVS I. SCEN. I.

## PHILOTIS. SYRA.

**P**ER pol quam paucos reperias meretricibus  
Fideles euenire amatores, Syra:  
Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchi-  
di,  
Quam sancte, vt quiuis facile posset cre-  
dere,  
**S** Numquam illa viua ducturum vxorem do-  
mum:  
Em, duxit.

*Sy.* ergo propterea te sedulo  
Et

Le&t. Variet.

**1.** Quam paucis RB. et bene, non, quod hodie  
habent codices, *Paucos paucis meretricibus fideles*  
*euenisse*; h. e. singulis singulos; non paucos  
amatores, quasi vni plures contigisse vellet.

**2.** Fideles euenisse RB 4. tam sancte Gy. vt  
quisque AR. 6. Em duxit RB. En duxit Do. in  
libro Bembino corrupte exduxit. ego propte-  
rea M.

**I.** Per pol quam paucos. modos, et rationes calleat,  
Man wird doch wahrhaftig hoc vnum agit, vt mis-  
wenig Bublrinnen finden, ros adolescentes quomo-  
Syra, denen die Liebhaber docunque ad egestatis ter-  
rechr getreu waeren. P. A- minos perducat. Quare  
nus peruersus et improbissi non immerito hoc genus  
mae lenae malam et per- hominum Plato a Rep. sua  
versam mentem pulchre de- quam longissime ablegat;  
pineit haec scena, quae cum et Iurisprudentes infamia  
omnes meretriciae artis notant, et priuilegia im-  
muni-

Et moneo, et hortor, ne cuiusquam misereat,  
Quin spolies, mutiles, laceres, quemquem  
nacta sis.

*Ph.* Vtin eximum neminem habeam?

*Sy.* neminem:


10 Nam nemo illorum quisquam, scito, ad  
te venit,

Quin

Lect. Variet.

7. *te misereat.* duo CB. D ME. RB. *Misereas,*  
Bembini lectio et Faerni, pro quo Donatus et alii  
*misereat.* 8. *quemcumque.* omnes CB. AR. M. v-  
nus CB. *sis na&gt;a.* *quem nacta sis.* D. *quemque Gy.*  
*quemque nan&gt;a sis.* Fabr. *quemquem RB.* vt supra  
9. *vt ne:* omnes CB. *ut ni AR.* *vin eximum IS.*  
10. *nam nemo quisquam illorum RB.*

munitatesque adimunt, qui-  
son, die ihr nur vorkommt,  
cunque eiuscmodi studia Mitleiden haben, sondern  
profitentur. Marsus. 8. daß sie sie plündern, berauben  
Spolies, mutiles, laceres. und sie ganz aussaugen  
Spoliare proprie, berauben, soll. 9. Eximum babere  
mutilare. i. e. in frusta se- i. e. non inter vulgares con-  
care. Stümmeln. lacerare numerare, sed tanquam  
zerreissen. Per metapho- praecipuum habere. Grae-  
ram autem significat quo- ci in ordinem redactos εγ-  
quo modo, et quibusuis κυλιτες dicunt i. e. circula-  
artibus fallere, et adolescen- res, hoc est viles et vulga-  
tes et re et argento emun- Contra, numero ex-  
gere, in fraudem illicere, emplos, ενζητιτες i. e. exi-  
decipere, insidiari. Des- mios et praecipuos. I. W.  
wegen eben rathe ich ihr ia Aber soll ich denn gar keine  
oft, und ermahne sie immer, Ausnahme machen? 10.  
daß sie mit keiner Mansper- nam nemo quisquam. τα-  
B ρεληνον



Quin ita paret se, abs te ut blanditiis suis,  
Quam minimo pretio suam voluptatem  
expleat.

Hiscine tu, amabo, non contra insidia-  
bere?

*Ph.* Tamen pol eandem iniurium est  
esse omnibus.

15 *Sy.* Iniurium autem est vlcisci aduersarios?  
Aut qua via te captent, eadem ipsos capi.  
Eheu me miseram, cur non aut istaec  
mihi

Aetas et forma est, aut tibi haec sententia?

#### ACTVS

Le<sup>t</sup>t. Variet.

II. *Quin ita praepareret* M. et duo CB. AR. *sese*  
NB. ME. IS. liber Bembinus DC. et omnes RB.  
Codices. 31. *non citra*, AR. *iniurium est esse omnibus*.  
AR. ME. 14. *iniurium est esse omnibus*. RB. GF.  
*Tamen eandem pol esse omnibus iniurium est*. DC.  
16. *captent illi* D. M. et CB. AR. *at qua* ME.  
*captent te* ME. ord. inuerſ. *captent te illi* RB. DC.  
*te captent illi* DO. *eadem illos* ME. 17. *beu*  
*me* AR.

ρελνον, nam quisquam runt —— quippe minutū  
abundat. 15. *Vlcisci ad-* semper et infirmi est animi  
uersarios. *Was?* iſt das exiguae voluptas vltio.  
vnrecbt, wenn man ſich an continuo ſic collige quod  
ſeinen Feinden raecht? rechte vindicta nemo magis gau-  
hoc illa, vt femina cum det quam femina. Ut  
vindicta nulli magis dele- optime Iuuenal. Sat. 13.  
tentur, quam feminae, et docet.  
qui feminineos animos ge-

## ACTVS I. SCEN. II.

PARMENO. PHilotis. SYRA.

**S**ENEX si quaeret me, modo isse dico  
Ad portum, percontatum aduentum Pam-  
phili.

Audin quid dicam, Scirte? si quaeret me,  
vii

Tum dicas: si non quaeret, nullus dixeris:  
§ Alias ut vti possim caussa hac integra.

Sed

Left. Variet.

1. *Quaerat*, omnes CB. AR. IR. *iisse* AR. 3. 4.  
Argent. *Si quaeret me ut tum ita dicas, si non*  
*quaeret me* (in margine adscrib. *nullus dixeris*)  
*alias ut vti possim*. Vnus C. B. *Si non quaeras*  
*nulli dixeris*, alter: *si quaerit — alias uti tum*  
*possim*. 3. *Audin quid dicam Scirte?* *Si quaeret*  
*me, vti.* Hic scribendum Scyrthe videtur a  
Σκυρθος, h. e. νεος, παις, νιναιδος, vnde latine  
scortus. Gloss. Graecolat. πορνος, Scortus. Item  
α τηνθος, σκυρθον το. vnde scortum neutro ge-  
nere, η νεα, η παις. Glossa Philoxeni: scortum,  
επαιρα, πορνη, ερωμενη, Φιλεμενη. Item  
σκυρθα, η, vnde scorta haec. Eaedem Gloss.  
scorta χαμαιτυπη cetr. Item a σκυρθα, vnde  
σκυρθος, Scyrthus κυριον cetr. Item σκυρθος  
scirte, nomen olim, seruis appositum fuisse, te-  
stantur duo epigrammata, quae Neapoli descrip-  
sit Georgius Fabr. quem vide, ut et Gruteri in-  
scriptions in Scirtus seu Scyrthus. Codices  
Bocl. et AR. legunt pro Scirte, Syre, et IR. Syre.

B 2



Sed videoin ego Philotium? vnde haec ad-  
venit?

Philotis salue multum.

*Pb.* o salue Parmeno.

*Sy.* Salue mecastor Parmeno.

*Par.* et tu aedepol Syra.  
Dic mihi Philotis, vbi te oblectasti tam  
diu?

10 *Pb.*

Left. Variet.

6. *Phylotium.* Gy. scribendum hic *Philotin* vi-  
detur, quam lectionem sequentia illa, *Philotis sal-  
ue*, et dic, vbi *Philotis* confirmant. Duo CB.  
omittunt το ego. *Philotin* AR. ME. *Philoton*  
NB. IR. 8. pro Syra, veteres *Sisra* legisse, Do-  
natus notat. conf. Cassiod. de orthogr. 7. *Sal-  
ue plurimum.* NB. 9. Dic, vbi *Philotis* te oblectasti  
tam diu? Gy. ME. το mihi glossema est, quod  
in locum τε vbi suppositum fuit. *Vbi te oblecta-  
sti, quae cum militę Al. minime me equidem oblectau-  
tum diu.* *Corinthum* cetr. ita IR. *Dic mibi  
Philoti II.* *Philotis*, dic mi, cetr. ita RB. mutato  
ordine.

6. *Sed videoin.* Ut narrandi nae superioris de inconstan-  
occasio arguenti praebe- tia amatorum; et nunc,  
retur, assumitur persona hu- cum obuium haberet de  
ius meretricis Corintho re- Pamphili domo seruum, per-  
ducis, et a Bacchide sub pri- cunctandi libido et rem to-  
mum statim aduentum edo- tam cognoscendi, quidnam  
tiae; quemadmodum Pam- illud esset, quod a Bacchi-  
philus, relatio amore pristi- de tantum amata Pam-  
no, ad nuptias animum philum disiunxit, huius  
adiecisset. hinc querela sce- enim fortunam quis misce-  
rari

10 Ph. Minime equidem me oblectauis, quae  
cum milite  
Corinthum hinc sum profecta inhumanis-  
mo:

Biennium ibi perpetuum misera illum tuli  
Par. Aedepolte desiderium Athenarum ar-  
bitror

Philotium cepisse saepe, et te tuum  
15 Consilium contempssisse.

Ph. non dici potest,  
Quam cupida eram huc redeundi, abeun-  
di a milite,  
Vosque hic videndi, antiqua ut consuetu-  
dine

Agi-

Left. Variet.

10. vnum C. B. 10 me omittit, duo transponunt.  
12. pertuli. duo C. B. M. AR. 13. Edepol Phi-  
lotis red Athenarum arbitror Desiderium cepisse  
saepe: et te tuum Consilium. Sic hos duo versus  
Gy. restituit. 16. et abeundi. Codices vetr. AR.  
M. Quam cupida buc redeundi eram. Et abeun-  
di a milite. ita IR. Gy. fide libri Bembini, et alio-  
rum antiquorum.

rari potuisset; nisi de tus artificiose quaerebatur,  
codem quaestu? Quoniam opportune hic signari po-  
autem Poëta ad dissoluendum errorem fabulae ad-  
hibiturus erat. Bacchidem, familiaritas eius cum Pam-  
philo, ex qua tanquam ex malo principio felix euen-

tuit. GA. 15. Contempssisse con-  
silium tuum i. e. poenituisse  
consilii tui, te repudiasse  
consilium, quod supra erat  
in Andria: repudio consili-  
um, quod primum intende-  
ram.

B 3



Agitarem inter vos libere conuiuium.  
Nam illic haud licebat, nisi praefinito, lo-  
qui

20 Quae illi placerent.

*Par.* haud opinor, commode  
Finem statuisse orationi militem.  
*Pb.* Sed quid hoc negoti est? modo quae  
Hic intus Bacchis? quod ego numquam  
Fore, ut ille hac viua posset animum indu-  
cere

25 Vxo-

Leſt. Variet.

18. libere inter vos conuiuium. Gy. 19. NAM  
IBI. Gy. Nam illic. Donatus dicit legi et illi  
pro illic. Cod. Faerni constanter illic. 21. oratione  
tua. duo CB. orationi tuae. M. AR. 22. Sed quid  
negoti est. sic vnuſ CB. Sed quid negotii hoc?  
modo ctr. IR. modo quod B. Manuscript. Mediol.  
Modo quae haec narrat mibi. NB. 24. ut hac illa  
viua NB. B. ut bac ille IS. posset animum. ME. II. IS.

ram. AM. 19. Praefini. sammen wieder zu seben,  
zo loqui. ωρισμενως, prae- und nach alter Gewohnheit,  
finite, praefinito sc. loco vnsre angenehmen Zusam-  
tempore, modo cuius e- menkünſtie wieder fortzuse-  
xempl. apud, Plaut. in tzen. In Korinib muſte  
Aſinar. aſt. 4. Scen. 1. Ich ich alles nach seiner Vor-  
kann gar nicht sagen, wie ſchrift thun, und ſprechen,  
groß mein Verlangen gewe- was ihm gefiel. Patzke.  
ſen ist, einmal wieder bieber 20. commode i. e. ηδενς,  
zu kommen, und den Offi- iucunde. Heaut. aſt. 3.  
cier zu verlaſſen, euch zu scen. 2. commoda et fe-  
creta

25 Vxorem habere.

*Par.* habere autem?

*Ph.* echo tu, an non habet?

*Par.* Habet: sed firmae hae vereor ut sint  
nuptiae.

*Ph.* Ita di deaeque faxint, si in rem est  
Bacchidis:

Sed qui istuc credam ita esse? dic mihi  
Parmeno.


*Par.* Non est opus prolato: hoc percon-  
tarier

30 De-

Leet. Variet.

25. *echo an non.* το tu omittit AR. 26. *Sed*  
*firmae haec ita,* duo codices Bentlei, et resto, ut  
euitetur homoeteleuton.

creta haec meretrix. 25. tam manifestam celare in-  
*Habere autem.* Post ver- ceptas? ut confiteri co-  
ba familiaritatis, Philo- geretur, quod negare vo-  
tis modeste quidem curio- luerat, et cito ab illo ma-  
fa, sed cum aliqua tamen le callido, *habere autem?*  
inuidia et accusatione ad simplex, *habet,* reiice-  
Pamphili orditur. quae retar, non sine pudore a-  
forma orationis, inconside- liquo. qui in nouam cum  
ratum seruum eoperduxit, fraudem praecepitauit.  
vt excusandi heri caussa te- dum enim quod deprehen-  
mtere negatum iret, de matri- sua esset, excusare contem-  
monio. *habere autem?* qua- dit, arcani herilis proden-  
si tu dicas Pamphikum habe- di bonam de se spem praee-  
re vxorem. Statim igit- bet; familiarius et inten-  
tur captari tam incaute tius subiiciens: *sed firmae*  
progressus, et constringi hae vereor *ve* sint nuptiae.  
potuit: *echo tu,* an non ha- Arripit incallidi hominis  
bet? quid rem tam certam, familiaritatem meretrix, et  
instat



## 30 Desiste.

*Pb.* nempe ea cauſſa, vt ne id ſiat  
palam,

Ita me di bene amabunt, haud propterea  
te rogo,

Vt hoc proferam: ſed vt tacita mecum  
gaudeam.

*Par.* Numquam tam dices commode, vt  
tergum meum  
Tuam in fidem committam.

*Pb.* ah noli Parmeno:  
Quaſi tu non multo malis narrare hoc  
mihi,

Quam

## Leſt. Variet.

31 ita dii bene ament. Omnes C. B. D. amaffint  
Gy. το bene abeft in II. RB. libr. Bembino, et  
Donato. Codices Faērni bene ament. 32. ut pro-  
feram. το hoc duo CB. omittunt. ut hacc pro-  
feram M. AR. 33. Nunquam dices, tam commo-  
de. IR.

inſtat; arcanaque et silen- flammam ardentem, vt di-  
da cauſſantem, affueran- citur, in ore potius, quam  
tius primo, mox lepido quidquam ſecreti, conine-  
irriſu, ad rem omnem rent, et tamen ſimulant,  
ordine denarrandam per- nolle ea, quac ſciunt, de-  
trahit. 33. tergum. hoc tegere, atque orari volunt,  
εργωνιως Philotis dicit, bene expreſſit Lucianus in  
vt ex ſequentibus iſtis pa- conuiuio. MVR. O! thue  
tet, quaſi cetr. 34. ab no- doch nicht fo fremde, Par-  
li. conſuetudinem hanc meno, du baſt ia wobl mehr  
ineptorum hominum, qui Lust, es mir zu erzaehlen,  
als

Quam ego quae percontor, scire.

*Par.* vera haec praedicat,  
Et illud mihi vitiumst maximum. si mihi  
fidem

Das, te tacituram, dicam.

*Pb.* ad ingenium redis:  
Fidem do, loquere.

*Par.* ausculta.

*Pb.* istic sum.

*Par.* hanc Bacchidem

40 Amabat, vt cum maxime, tum Pamphilus,  
Cum pater, vxorem vt ducat, orare occi-  
pit:

Et haec communia omnium quae sunt pa-  
trum,

Sese

Leet. Variet.

36. percunster. CB. AR. *to seire deest in AR.*  
*perconter.* NB. ME. IS. IR. liber Bemb. et Victor.  
37. *et illud vitium mibi maximum est.* duo CB.  
*erid mihi ctr.* Gy. 37. *vitiumst maximum, v.s. ita*  
RB. DO. libr. Bem. Basil. Z. et al. 40. Vnus  
CB. omittit: *vt cum*, alter pro *ut* habet *et*. 42.  
*Et haec omnia omnium.* Sic AR.

als ich es zu wissen. 37. *se meas.* Et in Eun. po-  
Et illud mibi vitium maxi- testne hic racere. Horat.  
mum est, sc. quod non re- tineo commissa. Locum  
de futilitate seruorum tri- bus comoediis inferuit.  
Supra in Andr. Seruont tam fuzili me fortunas commis-.

Nec facile retinendo co-  
missa fideliter aures

et Ouid.

*Eximia est virtus, praesta-  
re silentia rebus.*

B 5

At



Sese senem esse, dicere: illum autem vni-  
cum:

Praesidium velle se sene&tuti sua:

45 Ille se primo negare. sed postquam acrius  
Pater instat, fecit animi vt incertus foret,  
Pudorin anne amori obsequeretur magis.  
Tundendo, atque odio denique, effecit se-  
nex:

Despondit ei gnatam huius vicini proxumi.  
50 Vsque illud visum est Pamphilo neuti-  
quam graue,  
Donec iam in ipsis nuptiis, postquam vi-  
det

Para-

Lect. Variet.

43. Se senem esse dicere, illum autem esse vnicum.  
omnes CB. AR. NB. IS. et GF. Senem se esse  
IR. senem sese esse dicere. RB. 45. ille primo se ne-  
gare. RB. et vetust. codd. 47. Pudorin AR. II.  
IS. Pudori ne NB. 49. in omisit ME. Pudor  
anne IR. 48. Tundendo — graue. Hi tres ver-  
sus, inepti sunt, et spurii: iis autem recisis, supe-  
riora cum inferioribus apte connectuntur. Gy 49.  
Sponder. et gnatam. CB. despondet. ME. 50. Vsque  
ad illum visum est. IS. pro neutiquam duo Codd.  
Bentl. ne utiquam: et ita semper scribendum:  
semper enim primam corripit. RB,

At contra grauis est cul- nestuti praesidium est, cu-  
pa tacenda loqui. pere se. illum autem subau-  
40. ut cum maxime. i. e. ditur Pamphilum vnicum  
tam amauit, quam qui ma- esse, et ideo fluxum et in-  
xime. 44. Praesidium vel- certum sene&tutis suae pra-  
le se i. e. sobolem quae se- fidium. Vnd daß. er an  
ibns

Paratas: nec moram vllam, quin ducat, da-  
ri:

Ibi demum ita aegre tulit, vt ipsam Bac-  
chidem,

Si adesset, credo ibi eius commisereceret,

55 Vbicunque datum erat spatium solitudinis,

Vt colloqui mecum vna posset. Parmeno

Perii, quid ego egi? in quod me conieci  
malum?

Non potero hoc ferre Parmeno. perii mi-  
ser.

Pb. At te di deaeque perduint, cum istoc  
odio Laches.

60 Par.

Le<sup>t</sup>. Variet.

55. solitudini IS. 57. in quod me M. B. AR. IR.

58. non potero hoc ferre malum. CB. duo haec

pro hoc habent. 59. deaeque omnes. M. cetr.

hic versus vt spurius a Guyeto eiicitur. Ex Bem-

bino, et nonnullis aliis libris legimus isto. Sun-

et aliqui, qui pro perduint, habent perdant. Sa-

ne libri scripti Donati, aut verbum non habent,

aut habent perdant; qua lectione versus optime

constat: aut perduint in spondeum contrahendum.

G. F.

At te di deaeque perduint cum istoc odio Laches.

Bene

ibm gern eine Stütze in sei- rioribus istis; cum pa-  
rem Alter haben molle. 52. uxorem vt ducat, orare oc-  
Postquam vider paratas. cipit. Quin duce, qui ne  
Sub. Pamphilus. Quin du- ducat, i. e. vt non du-  
cat, Sub. uxorem, e supe- cat. 57. Parmeno perii  
Sub.



60 Par. Ut ad pauca redeam, vxorem deducit domum,

Nocte illa prima virginem non adtigit:  
Quae consecutast nox eam, nihilo magis,

Pb. Quid ais? cum virgine vna adullescens cubuerit

Plus potus, sese illa abstinere ut potuerit?

65 Non verisimile dicis: nec verum arbitror.

Par. Credo ita videri tibi: nam nemo ad te venit,

Nisi cupiens tui: ille inuitus illam duxerat.

Pb.

Le<sup>t</sup>t. Variet.

Bene est, inquit RB. quod monuit Faernus, plerosque Donati scriptos codices non habere verbum perdunt. Praefstat sane, ut subaudiatur: nimis inhumane profertur, ab ea quae non irrita sit, neque animo commota. Repone

*At te di deaque cum tuo istoc odio, Laches.*

vid. Heaut. IV. 6. 7. cum isto tuo inuenio. vel sic fortasse est legendum

*At te di deaque faxint, cum isto odio, Laches.*

vt Plaut. Most. II. 3. 33. Faxint sc. occultius id notat, quod perdunt apertius. 63. concubuerit ita AR. et acutetigit, si diis placet. 64. se illa ME. II. Plus potis se illa, ita IR. 65. neque verum RB. conf. codd. 67. Nisi cupiens. to tui glossema est, quodque Gy. ob metri rationem respuit: eam duxerat ME. ille inuitus duxerat D.

Sub. dicebat ελλειψ να- τος i. e. plus solito potus, τα μηνσιν. 64 Plus po- vt in nuptiis fieri solet.

68. die-

*Ph.* Quid deinde fit?

*Par.* diebus fane pauculis

Post, Pamphilus me solum seducit foras:  
70 Narratque, vt virgo ab se integra etiam  
tum fiet:

Seque ante, quam eam vxorem duxisset  
domum,

Sperasse, eas tolerare posse nuptias:  
Sed quam decerim me non posse diutius  
Habere, eam ludibrio haberi Parmeno,  
75 Quin integrum itidem reddam, vt accepi  
ab suis,  
Neque honestum mihi, neque utile ipsi  
virgini est.

*Par.*

*Left. Variat.*

69. solum me ME. 70. a se integra AR. NB. IS.  
IR. nonnulli antiq. et Basili. ab se integra.  
71. ante eam quam. II. 73. decreuerim. omnes  
CB. 75. Quin integrum itidem reddam, vt acce-  
pi suis, RB. ex libr. vetust correctit, et recte.

68. diebus fane pauculis post, dam itidem ut accepi a suis.  
etiam est pro in diebus Quin integrum reddam i. e.  
pauculis post i. e. intra pau- ita ut non integrum red-  
cos dies. 73. Ordo syn- dam. Quin ex qui et ne  
taxeos: Sed neque mibi ho- compositum i. e. ut non  
nestum, neque ipsi virginis 75. Integrum i. e. inuiola-  
vile est, quando decerim tam, intactam, qua voce  
me non posse diutius habere, vsus Virgil.  
eam ludibrio haberi, o Par. Qui pater intactam dede-  
meno! quin integrum red- rat.

77. Pi-



*Par.* Pium ac pudicum ingenium narras  
Pamphili.

*Ph.* Hoc ego proferre, incommodum mihi esse arbitror:

Reddi patri autem, cui tu nihil dicas vitii,  
go Superbum est: sed illam spero, vbi hoc cognouerit,

Non posse se mecum esse, abituram denique.

*Ph.* Quid interea? ibatne ad Bacchidem?

*Par.* cotidie.

Sed

Le<sup>t</sup>t. Variet.

79. cui nihil dicas D. M.

77. *Pium ac pudicum inge-* dicum erga virginem. Ad nium narras Pamphili. Nu- virginem et eius domum spiam disertiores sibi vi- spectare vtrumque vocabu- dentur Grammatici quam lum, orationis series et in explicandis, quae εν πα- poëtae consuetudo, non γελληνάς ponuntur. Scire longe arcessentis iudicia de vtique possunt, eruditos moribus, ostendunt. Pie- multam plerumque philo- sophiam hac figura conclu- dere. Sed interpretatio non est cuiusuis opera. *Donatus* hic: erga meretri- cem, pium; pudicum erga virginem. Et iterum in eodem commentario: an simul, erga virginem et piuum et pudicum? an piuum erga meretricem, pu-

dicum erga virginem. Ad virginem et eius domum spiam disertiores sibi vi- spectare vtrumque vocabu- dentur Grammatici quam lum, orationis series et in explicandis, quae εν πα- poëtae consuetudo, non γελληνάς ponuntur. Scire longe arcessentis iudicia de vtique possunt, eruditos moribus, ostendunt. Pie- multam plerumque philo- sophiam hac figura conclu- dere. Sed interpretatio non est cuiusuis opera. *Donatus* hic: erga meretri- cem, pium; pudicum erga virginem. Et iterum in eodem commentario: an simul, erga virginem et piuum et pudicum? an piuum erga meretricem, pu-

dicum erga virginem. Quandoquidem ipse est in- genio bono, Cumque huic veritus est optimae adolescenti fa- cere iniuriam. Non alia hic sententia pudi-

Sed, vt sit, postquam hunc alienum ab sese  
videt,  
Maligna multo, et magis procax facta ili-  
co est.

85 Pb. Non aedepol mirum.

Par. atqui ea res multo maxime  
Disiunxit illumab illa: postquam et ipse se,  
Et

Lect. Variet.

83. ab sese vider. IR. B. II. Z. alienatum et me-  
lius. 84. maligna magis, et magis procax  
facto ilico est. ita RB. vt in Eun. II. I. 21. ma-  
gis seuerus nec magis continens et V. 4. 13. nec  
magis compositum quicquam, nec magis elegans.  
duo ex Codd. Bentley non habent illud multo, nec  
ego in Z. legi. 85. atque ea res. ita multi, vt et  
Basilicanus. 86. omnes CB. sese. vt et M. et  
ipse sese AR. NB. IS.

pudicum autem, verecundum hinc coniungere. disiunge-  
diam illam notat, quam re contrarium est, von ein-  
Pamphilus ipse sibi debuit, einander reissen. Per me-  
indignum se illud existi- taph. a se alienare. Dieses  
mando, quod ab honestate hat aber auch am meistern  
tantum abiret. qui enim darzu beygetragen, daß er  
abuti honesta femina, et zulezt gaenzlich mit ihr  
postea dimittere, eam in brach, sobald er nur wie-  
animum induceret, iniu- der zu sich seller kam.  
riam atrocem in illam, tur- Diese Stelle ist ungemein  
pitudinem in se admitte- schoen; sagt Herr Patzke,  
ret maximam. Iniuriae es liegt eine Wahrheit dar-  
pietas obstat, turpidini innen, die man empfinden  
pudor. GA. 86. Disiunxit kann. Gewiss, wenn ein  
illum ab illa. iungere Mann, der bey einer tu-  
propr. zusammenfügen, gendhaften Frau, noch ei-  
nor

~~~~~

Et illam , et hanc quae domi erat, cognoscit satis,  
Ad exemplum ambarum mores earum existimans.

Haec

Lect. Variat.

88. *Ad exemplum ambarum mores earum existimans.* Sic libri omnes. sed nec versus, nec sententia constat. **G**VY ETVS totum, vt ineptum et inutilem, ciiciendum putat. **D**ONATVS agnoscit; *Ad exemplum, quasi ad imaginem et collationem et specimen comparationis.* Sed ad quod, quaeſo, exemplum? Si dixisset, huius mores ad exemplum alterius; quid illud esset, intelligerem: sed ambarum mores ad exemplum, mera caligo est, niſi, quod sit exemplum, indices. Nimurum hic, vt alias, boni Magistri verbum priscum et παλαιός νομίσματος eiecerunt:

*Ad amūſim ambarum mores earum existimans.*  
*Existimare*, vt Heaut. II. 3. 41. copia existimandi consuetudinem vitae cotidiana, est considerare, iudicare, expehendere, *ad amūſim* autem et *examūſim*, idem quod diligenter, accurate, absolute. Plautus Amphit. II. 2. 213. de muliere  
Nae ista edepol, si haec vera loquitur, examūſim est optima.

et Most. I. 2. 19. c.

*Aedes cum sunt factae probe, examūſim.*

et Men.

ner andern Liebe nachhaengt, mit der Maitresse mit einander zu sich selber kommt, der zu vergleichen; so wird vnd sich die Zeit nimmt, die die erste, wie bey Pamphilus, Eigenſchaften seiner Frau, den Sieg behalten. Die ganze

Haec, ita uti liberali esse ingenio decet,  
90 Pu-

## Lest. Variet.

et Men. Prol. V. 50.

*ut hanc rem vobis ex amussim dispurem.*

Apuleius Met. II. ceram in modum prosectorum formatam aurum ei applicant examussim. et IIII. Thraſyleon examussim capto noctis latrocinali momento. coll. Festo Pompeio. Nonio. Sienna apud Charisium p. 178. *De examussim haſtenus diximus; quod sine dubio aduerbiū est ab ex amussi formatum.* Adamussim, ſue iunctim aduerbiū accipias, ſue diuifim. *Ad amussim, vtrumque hic conuenit.* Gellius I. 4. *Aur virtutes penſitabat, aut vitia rimabatur, vi iudicium eſſe factum ad amussim diceres.* Sic codices scripti, etiam vererrimus ille in biblioth. Regis Gall. non vt primus edidit Cario, Examussim. Iterum XX. 1. — *ad amussim aequi pararent.* Macrobius Sat. I. 4. Varro de Re Ruitica II. 1. idem Quæſtionum Plautinarum II. apud Nonium: *Quare ſi diugens eſt ad amussim, per me licet aſſumes teneo ſtanov.* Vbi in ſententia tam curta, tutius forte eſſet cum Mer- cero manum abſtinere; ſed tamen periculum faciam, et fortalſe bene cedet; lego igitur, *Quare ſi numerus eſt ad amussim, per me licet aſſumas γε- reſtanov.* Habes iam ſententiam, vt opinor, claram. *Mores ambarum ad amussim exiftumans;* iudicans, expendens, examinans, exigens ad amus- sim, accurate, diligenter, ſcrupuloſe. RB. 89. *Haec, ita uti liberali atque ingenuae decet.* RB.

ze ſtelle iſt auch ſo anmu- Philumene, vnd man darf ibig vnd ſchoen geſchrieben, nur das Gegentheil von ihr daß nichts darüber iſt. Der nehmen, ſo hat man das Bild Dichter malt das Bild der der Bacchis. 89. liberali eſſe.



90 Pudens, modesta; incommoda atque iniurias

Viri omnes ferre, et tegere contumelias.  
Hic animus partim vxoris misericordia  
Deuinctus, partim vietus, huiusce iniuriis.

Paulatim elapsus Bacchidi: atque huc transstulit

95 Amorem, postquam par ingenium naestus est.

Interea in Imbro moritur cognatus senex  
Horumce ea ad hos redibat lege hereditas.

Eo amantem inuitum Pamphilum extrudit  
pater:

Relinquit cum matre hic vxorem: nam  
senex

100 Rus

Leet. Variet.

90. pudens et modesta M. AR. 93. deuictus. M. NB.  
ME. IS. II. IR. iniuria CB. huius iniuriis B.  
libri plerique scripti, teste Gy. animus vietus hu-  
ius iniuria. AR. 94. elapsus Bacchide est. CB.  
a Bacchide est. M. AR. το est non legit. in NB.  
ME. atque huic transstulit AR. ME. NB. et al. Liber  
Bembinus, buc. et recte 95. το naestus non leg.  
M. 97. Horumce: ad hos ea rediit lege hereditas  
ita RB. vt in Andr. IV. 5. 4. huius morte ea ad me  
lege redierunt bona. Duo CB. horum. vt et D.  
AR. NB. ME. IR. το ea non habet M. redibat  
per legem. AR. ad hos redibat. Z. omittit το ho-  
rumce ea. Horum ad hos. TM. 99. Relinquit. ita  
liber Bemb. Victor. Donat. Robert. Steph. Omnes  
RB.

100 Rus abdidit se: *huc raro in urbem com-*  
*meat.*

*Pb.* Quid adhuc habent infirmitatis nup-  
tiae?

*Par.* Nunc audies. primo dies complu-  
sculos

Bene

Leſt. Variet.

*RB.* codices AR. ME. II. TM. reliquit, *bic uxo-*  
*rem.* Z. TM. *cum matre hic vxorem.* NB. ME.  
100. abdidit sese M. AR. abdit sese. RB. abdidit se,  
hanc lectionem agnoscit Donatus. *τα reliquir et*  
*abdidit inter se congruunt.* *Rus abdidit se cetr.*  
Donatus, *ruri abdidit se*, legisse videtur: infe-  
rius enim ad illa verba: *hoc ubi senex resciuit,*  
*beri ea causa rure hoc aduenit, haec habet: bene*  
*ea causa; quippe qui se ruri abdidisset.* Sed quid li-  
bris omnibus fiet, et scriptis et impressis, qui *το*  
*rus abdidit se* agnoscunt? inquit Guyetus. *An*  
*abdere se rus dictum est, vt Adelph. aſt. 3. ſc. 3.*  
*abigam hunc rus?* *Abdere se rus i. e. in rus se*  
*dare ſeorsum ab hominum conſortio, vel ab-*  
*dere se rus, dicetur, vt rus ſe conſerre, pro ad*  
*rus ſe conſerre, vt Roman ſe conſerre, pro ad*  
*Roman ſe conſerre. abdidit ſeſe.* TM. 102. Pri-  
mos dies complusculos. ita liber Bembinus et Z.  
primo bos dies complusculos RB. primum TM. IS.  
II. NB. ME. IR. Z. M. AR.

vt eam decet, quae libera- si stomachatur Philotis de-  
li ſit ingenio. 101. *Quid* cepta, quod nihil videat in-  
ad hoc habent. bene usque ad- firmitatis in nuptiis, quod  
huc ſuspensa narratio eſt. et optauerit. DONAT. Woher  
in hac interrogatione qua- wird denn also die Ehe nicht



Bene conueniebat sane inter eas: interim  
Miris modis odiſſe coepit Soſtratam:  
105 Neque lites vllae inter eas, postulatio  
Nunquam.

Pb. quid igitur?

Par. si quando ad eam ac-  
cesserat

Confabulatum, fugere e conspectu ilico:  
Videre nolle. denique vbi non quit pati,  
Simu-

Leſt. Variet.

103. Bene conueniebat inter eas sane. duo CB. con-  
ueniebat. NB. ME. Z. et al. 104. Soſtratam. Gy. So-  
crum legendum censet, nec aliter Donatus legis-  
se videtur, cum haec exposuit. 105. neque li-  
tererant vllae. CB. M. AR. 108. nequit. duo CB.  
quiuit. AR. Z.

von langer Dauer seyn? 103. Zuschauer ſchließt faſt eben  
Interim allein mit einem fo. Der Alte iſt nicht in  
mal ward die iunge Frau der Stadt, vnd weis also auch  
v.f.w. Hier wird nunder von den Vmftaenden nichts,  
Grund von der Verwicklung ſondern denkt, wie die an-  
vnd der Knoten des Luft- dern. Vnd wenn ſich auch  
ſpiels gesagt. Philumene laeft bernach der Grund zeigt,  
ſich nicht mehr von ihrer warum ſie aus dem Hause  
Schwiegermutter ſehen; vnd gegangen iſt, fo wird man  
diese weis die Vrſache nicht, immer begierig zu wissen,  
indessen glaubt alles, ſie iſt ob ſie Pamphil wieder an-  
ſchuld daran. Parmeno nehmēn wird, bis ſich zu-  
ſchließt fo: weil ſie aus dem lezt das ganze fo vnuer-  
Hause gegangen iſt, fo iſt es merkt entwickelt. PATSKE.  
um der Schwiegermutter 108. Durare et pati idem,  
willen geschehen, vnd der quod Graccis naſteper, et  
naſe.

Simulat se a matre accersi ad rem diuinam:  
abiit.

110 Vbi illic dies est complureis, accersi iubet:  
Dixere causam tunc, nescio quam, iterum  
iubet:

Nemo

Le<sup>t</sup>t. Variet.

109. ad matrem accersi. B. RB. 110. compluscu-  
los. duo CB. Vbi ibi est dies complures. Gy. II.  
compluris Z. ubi illic dies ea complures. TM. 111.  
rum nescio. B. dixerunt tunc causam. CB,

καρτερεια, υπομονη, pa-  
tientia. Et durare absolute  
positum, ut apud Poëtam:

Durate, et vosmet re-  
bus seruare secundis,  
καρτερειτε. Et apud Co-  
micum:

τις ενταυθα καρτερειν  
δύναται

Quis heic durare, si sic  
fit, potest.

Pati absolute et eadem in  
significatione pos. VIRGI-  
LIVS:

Certum est, in siluis, in-  
ter spelaea ferarum

Malle pati. — — —

καρτερειν εγ ταις υλαις  
και σπηλαιοις.

Terentius hoc loco:

denique vbi non quid pati  
Simulat se a matre accer-  
si, ad rem diuinam:  
abiit.

Pati i.e. vbi non quid du-  
rare in domo socrus. Nu-

gatur ibi Donatus, qui tole-  
rate aut tolerari interpre-  
tatur, cum absolutum sit,  
eo sensu, quo diximus,

hinc apud autores medii  
aeui passim pati, pro du-  
rare et manere. LVCA-

NVS: Libr. V.

— — — disce sine armis

Posse pati — — —

Et apud SENECA:

Inmane regnum est, pos-  
se sine regno pati.

Vivere, durare posse sine

reg.



Nemo remisit, postquam accersunt saepius,  
Aegram esse simulant mulierem. nostra ilico  
It visere ad eam: admisit netno, hoc vbi  
senex.

115 Resciuit, heri ea causa rure huc aduenit:  
Patrem continuo conuenit Philumeneae.  
Quid egerint inter se, nondum etiam scio:  
Nisi sane curae est, quorsum euenturum  
hoc siet.

Habes omnem rem: pergam quo coepi  
hoc iter.

120 Pb. Et quidem ego: nam constitui cum  
quodam hospite  
Me esse illum conuenturam.

Par. di vortant bene  
Quod agas.

Pb. vale.

Par. et tu bene vale Philotium.

ACTVS

Le<sup>t</sup>t. Variet.

112. unus CB. postquam accersuit saepius .TM.  
CA. accersita est. accersit RB. 118. Nisi sane  
curae mibi est. duo CB. D. Nisi sane curae scire  
mibi est. M. AR. 119. pro hoc iter, hociter. TM.  
120. Evidem ego. Z. 121. di vortant AR. IR.  
122. et tu bene vale Philotis. TM. IR.

regno h. c. καρτερειν. Qui — — non possum pati,  
non est ιδιωτικος illorum quin dicam patri.  
temporum, sed antiquum non possum durare et καρ-  
et elegans loquendi genus. τερειν. S.  
Et apud Terentium

## ACTVS II. SCEN. I.

## LACHES. SOSTRATA.

**P**ro deum atque hominum fidem! quod hoc  
genus est, quae haec est coniuratio?  
Vt omnes mulieres eadem aequa studeant,  
nolintque omnia,  
Neque declinatam quidquam ab aliarum  
ingenio ullam  
Reperias? Itaque adeo uno animo omnes  
socrus oderunt nurus:  
5. Viris esse aduersas, aequa studium est, si-  
milis pertinacia est.

In

## Leſt. Variet.

1. Proh. AR. quae haec coniuratio. 20 est non re-  
per. in NB. DC. DH. II. TM. quae est haec coniur-  
ratio M. quae coniuratio IR. 2 Vtin omnes. Gy.  
RB. Libr. Bemb. et Viator. noluntque Z. 3. Ne-  
que declinatam quicquam ab aliarum ingenio ullam  
reperias. (itaque adeo uno animo omnes socrus ode-  
runt nurus.) Viris aduersari aequa studium est, si-  
milis pertinaciaſt. ita RB. dedit. 4. reperies. AR.  
M. Z. CV. itaque uno animo adeo omnes. duo CB.  
vnuſ ita adeo. Omnes animo DC, IS. NB. ord. in-  
verſ.

1. *Coniuratio.* nota fi- i.e. defleſtentem, deflexam-  
guram exaggerationis, de li- O Himmel, was sind das  
militudine ingenii et stu- für Geschöpfe, was ist das  
diorum inter mulieres vo- für eine Zusammenverschwör-  
luit dicere, cum coniuratio- rung, daß alle Weibsperso-  
nem dixit. 3. declinatam nen über einen Leisten ge-  
schla-

C 4



In eodemque omnes mihi videntur ludo  
doctae ad malitiam:  
Ei ludo, si vllus est, magistrum hanc esse  
satis certo scio.  
Sos. Me miseram, quae nunc, quam ob-  
rem accuser, nescio.

*La, hem !*

Tu

## Left. Variet.

6. In eodem mibi omnes. duo CB. in eodem  
omnes. M. AR. IS. NB. DC. et CB. 7. Et ei ludo  
(Si vllus est) ita M. et CB. D. AR. IS. DH. NB.  
ER. IR. ludo glossema est, pro quo Guyetus <sup>to</sup>  
que substituit. Eique ludo. Gy. Et ei ludo. Z.  
CV. TM. (Si vllus est) ita CV. Si vllus est lu-  
dus, magistram ita M. Z. Ei ludo, si vlla sit  
magistra, banc esse satis scio. ita RB. quorsum  
quaeso, inquit Bentleius, si vllus est ludus? cum  
praecedente versu Iudum talem esse. vt notum  
et comptum sumisset. Haec non conueniunt.

*schlagen sind. Medea apud Euripidem γυναικες εις μεν εσ-θλ' αμηχανωταται. κακω τε παντων τεκτονες de suscepta causa vel protoφωταται. Man wird finden, daß keine einzige von den Grundsetzen der andern abgeht, sondern, daß sie alle darinm übereinstimmen, eine Schwiegermutter muss ihre Schwiegertochter haben, vnd alle Weiber müssen ihren Maennern wi-* dersprechen. Sie sind alle gleich balsfarrig. Pertinacia. Pertinax dicitur, quem vel adhortatio deducere potest. Ich glaube, sie sind alle in einer Schule der Bosheit gegangen. ludo. ludum, scholam vocant. Eodem in ludo doctos dicimus, qui similibus vitiis laborant et improbitate pares.

Tu nescis?

*Sos.* non, ita me di ament, mi Laches:

10. Itaque vna inter nos agere aetatem liceat.

*La.* di mala prohibeant.

*Sos.* Meque abs te immerito esse accusatam post modum rescisces.

*La.* scio:

Te immerito? an quidquam pro istis fa-

ctis dignum te dici potest?

Quae

Le<sup>t</sup>t. Variet.

9. Bene ament, ita AR. IS. NB. DC. CV. E. R. TM.  
 B. II. DH. Z. praeter Donatum, apud quem tamen in commentario το bene ter repetitum visitatur. unus CB. omissa negatione, ita me di bene ament. alter: non ita me dii ament mi Laches. CA. non ita mi ament. 11. Causatam M. re immerito accusatam, omnes CB. post modo. B. II. DH. RB. Gy. το scio tribuit RB. et Gy. Sostratae. 12. an quidquam oro istis factum ctr. IR. quicquam RB.

pares sunt. 10. Di mala gi? an comoedia Teren prohibeant. sc. vt vna inter nos agamus aetatem. Seniliter odit vxorem, cuius amor optabilis fuit in adolescentia. ita Donatus. Satirae ηθικός hoc fieri vix manifesto credimus, si senex iracundia dior sane, minime ex duressimis tamen, vxoris praefentis mortem optet, quod plerique hic intelli-

tiana huic progreditur? manifesto hoc fieri vix cre- diderim. itaque rectius forte fuerit, vt credamus, secum haec Lachetem in iracundia missitare, non audiri ab vxore velle. Qui diuersum sentiunt, tolerabilius ita explicarent, quasi Laches potius sibi optaret mortem, quam vxori.



Quae me, et te, et familam dedecoras. filio  
luctum paras:  
Tum autem ex amicis inimici, vt sint no-  
bis adfines, facis:  
15. Qui illum decretur dignum, suos cui  
liberos committerent.  
Tu sola exorere, quae perturbes haec tua  
impudentia.

Sos.

Lect. Variet.

13. et familiam omnem, B. et liber Bemb. vt et  
GF. 14. Tu autem, omnes CB. TM. tum aut ex  
amicis. IR. τα tum autem non leg. in M. et AR.  
15. decreuerunt. D. AR. CV. IR. Z. et vnuis CB.  
duo decreuerint. 16. Perturbas. AR.DC. E.R. IR.  
M. CV. Tu sola exorere, quae perturbas ita TM.  
Imprudentia ex codd. legit RB.

ri. Sed quod ante dixi, ci existunt. 15. liberos.  
verius videtur: inter ora- Quemadmodum hic vnam  
tionem enim Sostratae mur- filiam LIBEROS vocat;  
muratur: quae connechten- sic Tullius in Orat. de Pro-  
da est: non, ita me dii a- vinciis Conf. de Caesaris  
ment, mi Laches: itaque vnika filia loquens, iucun-  
vna inter nos agere aeratem diffimos liberos dicit. FF.  
liceat: meque abs te imme- 16. Tu sola exorere i. e.  
rito esse accusaram post mo- emergis, reperiris. ver-  
do rescisces. BA. 14. Ex bum hoc impudentiam no-  
amicis inimici vt sint, coll. tat. Cicero, Exortus est  
Andr. II. 10. feci e seruo seruus qui quum in eculeo  
vt esses libertus mibi. et appellare non posset, eum ac-  
Caef. B. G. plerumque in cufet solutus. Exoriri dici-  
calamitate ex amicis inimi- tur, qui non expectatus in-  
vadit

Sos. Egone?

Lq. tu inquam mulier, quae me omnino lapidem non hominem putas.

An, quia ruri crebro esse soleo, nescire arbitramini

Quo quisque pacto hic vitam vostrorum exigat?

20 Multo melius hic quae fiunt, quam illic, vbi sum assidue, scio:

Ideo

Left. Variet.

17. *Ab egone?* ita CB. *egon.* RB. *baud hominem.*  
 IS. E. NB. DC. R. II. DH. TM. 19. *Quo quisquam pacto.* duo CB. *vitam vestrarum.* ita liber Beinbinus, duo Meadiani B. II. DH. Reliqui omnes *Vestrorum*, atque etiam Donatus. Reste: *vestrorum* pro *vestrum*, vt tam mares, quam feminas concludat. 20. *Multo melius hic quam illic vbi sum, assidue scio,* ita Faernus et Lindenb. et Codices. Muretus et Bentleius illi pro *illic* legunt, versu ipso exposcente, et frustra est, qui ex Plauto patrocinari vult tam aperto errato.

vadit in aliquem. DO.

17. *Tu inquam mulier.* ia, ia du, sage ich; du denkst, ich bin ein Klotz vnd kein Mensch. Conuitium soleinne in sequiorem sexum, **MULIER**, Plaut. Casin.

I foras, mulier es.

Euripid.

Ω παγκανη̄ νο̄ γυνη̄.  
 τιγαρ λεγων μειζον  
 σε ονειδος εξεπτοι τις  
 αυ;

21. eri-



Ideo, quia vt vos mihi domi eritis, proinde ego ero fama foris.

Iam pridem equidem audiui coepisse odium tui Philumenam.

Minimeque adeo mirum: et, ni id fecisset, magis mirum foret.

Sed non credidi adeo, vt etiam totam hanc odiisset domum:

25. Quod si scisssem, illa hic maneret potius, tu hinc issem foras.

At vide, quam immerito aegritudo haec oritur mihi abs te Sostrata:

Rus habitatum abii, concedens vobis, et rei seruiens,

Sum-

Leet. Variet.

21. *Mibi eritis domi.* sic unus ex Bentleianis, alter *domi mibi eritis, το quia deest in M.* vt et *το fama.* in DH. 27. Hos tres versus Gy. ita ordinavit:

*Rus habitatum abii, concedens vobis et rei seruiens,*

*Meo labore baud parcens, praeter aequom atque aetatem meam*

*Sumitus vestros otiumque, vt nostra res possent pati.*

21. *eritis.* futurum hic pro domus meae spargitur praesenti positum est, i. e. ras et ad aures meas rus vt vos mihi domi estis, vsque peruenit. 27. *rei* proinde ego sum fama fo- *seruiens* h. e. rei operam ris i. e. qualis hic in vrbe dare, quaerere rem, rem vos geritis, talis et fama familiarem diligenter con-*vestira* seu potius *mea* i. e. seruare. Ich bin auf das Land

Sumtus vestros, otiumque ut nostra res  
posset pati,

Meo labore haud parcens, praeter aequum  
atque aetatem meam:

30 Non te pro his curasse rebus, ne quid  
aegre esset mihi?

Sos. Non mea opera, neque pol culpa  
euenit.

*La.* imo maxume

Sola hic fuisti: in te omnis haeret culpa  
sola, Sostrata.

